

A V R E A  
PRACTICA  
HVBERTI DE BONA.  
CURSO I. C. PRAE.  
CLARISSIMI.

Accesserunt vtilissimæ additiones Anto.  
nij de Tremolis I. C. Clarissimi.

Opus sanè quotidianum in Indicis versatile, Patronis causa-  
rum per necessarium, Adiecit siquidem idem Tremo-  
lis sexcenta ferè singularia Praxim totam  
redolentia.

In hac editione præter mendas innumeræ correctas,  
adiecta sunt Summaria & Index copiosus.



tit. 1<sup>st</sup>  
num. 12. cap. 2.  
num. 10.

COLONIAE AGRIPPINÆ,  
Apud Ioannem Gymnicum, sub Mono-  
cerote. M. D. LXXXIII.

Cum Privileg. Cæs. Maiest. ad Sexennium.

Coll. J. L. S. ex dono Regum.

**EIVSDEM DE TREMOLIS**  
**ad Lectorem Hexastichon.**

*Detersa Huberti maculis præludia cunctis  
Conflice, que legum dogmata sacra colis,  
Iuris Cesarei sunt hic monumenta priora:  
Quae si reus actoris pellere rela potest,  
Addita sunt ter mille illis legalia sensa,  
Per de Tremolis Iuris amator habe,*

REVERENDISSIMO IN  
CHRISTO PATRI, ILLVSTRISSE  
MO QVE PRINCIPI, AC DOMINO, DN.  
Francisco de Claro monte, S. Romanæ Eccle-  
siæ tituli S. Stephani in Celio monte Car-  
dinali dignissimo, Anthonius de  
Tremoliscum omni venera-  
tione Salutem.

**S**OLO ENT Reuerendissime Pater, Illustrissime  
que Princeps, qui munus scribendi suscipiunt ea,  
qua cuderint, & in rerum quandam molem re-  
degerint, præstantissimis & celebratissimis viris  
dicare, à quibus vitam spiritumq; exhauriant, quorumq;  
authoritate & patrocinio in medium erumpere, & homi-  
num conspectibus se audeant præsentare, authorib; sique ipsis  
inde nomen crescat & gloria. Hinc iuris Pöfificij fons vber-  
rimus & interpres locupletissimus, Ioan. Andr. cantatissi-  
mum illud, quod nouellam appellavit, opus Bertrando, Ho-  
stiensi Episcopo, dicauit, hinc Bald. ille Perusinus iuris Cesa-  
rei alterum iubar, quem nil ignorasse scribentes nostri per-  
sapè testantur, egregia illa & propemodum diuina in usus  
feudorum commētaria Ioanni Galeam Insubrum Duci, sub  
cuius ditione tunc Papie legens degebat, consecravit. Sic  
Archidiaconus Bononiensis suum in decretum Rosarium Sa-  
birense episcopo, sic Felin. Sandeuſ sua inde rescriptis cōmen-  
taria Oliuerio Neapolitano Cardinali: Itidemq; alijs alij  
suis vigiliis suaq; scripta dedicauere. Horum itaque ado-  
randam vestigia imitatus, cum superioribus annis mibi in ce-  
leberrima tua Antoniensi Academia iura ciuilia & caeo-  
nica profitenti opus vetustissimum præludiorum, & exce-  
ptionum domini Huberti de Bonacurso titulo prænotatum,

PRACTICA PRAESTAN,  
TISSIMI VIRI HVBERTI DE BO-  
NACVRSO, SVM MARIIS AC INDICE  
NVNC PRIMVM LOCVPLETATA.

Præludia, <sup>a</sup> & exceptiones <sup>b</sup> domini  
Huberti de Bonacurso.

S V M M A R I A.

- 1 Præludia dilatoriae sunt exceptiones proponendæ ante litem contestatam.
- 2 Exceptio quid sit.
- 3 Exceptio quid differat à defensione strictè accepta.
- 4 Statutum prohibens facultatem opponendi exceptiones, officium iudicis pro defensione implorare non nisi expreſſè interdicit.
- 5 Exceptio in persona Rei, defensio autem in officio iudicis inuocato refidet.
- 6 Exceptio iuris & facti quid sit.
- 7 Facti exceptionem si reo competere iudici ex actis constiterit, poterit eam supplere : in exceptionibus verò iuris non potest, nisi reus opponat.
- 8 Exceptiones intentionis quæ sint.
- 9 Iudex quando possit auctorem etiam parte non opponere repellere.
- 10 Iudex officium suum non nisi misericorditer imploratum impartiri debet.
- 11 Notorium non à proponendi sed probandi mole extinerat.

**P**raeludia. Puto, quod † per præludia do. Hubertus intelligat ea, quæ fiunt, & tractatur corā iudice ante litē contestatā, & sic dilatoria, quæ enim fiunt ante litem contestatam appellantur præludia, ut voluit gloss. not. in Auth. in med. lit. non fir. fac. for. §. fin. glos. i. colum. 8. quam ad hoc allegauit Bald. in l. vna. §. similiq; modo. in z. C. de lati. lib. tol. & eam ad hoc dicit not. Jason in l. cùm fundus. in princ. ff. si cert. peta. gloss. tamen illa propriè loquitur de procnijs. Anto. de Tremolis iuris vtriusque doctor.